6 Hæc adverbia significant motum usque ad locum: Hucusque, istucusque, illucusque, quousque, eousque, quonamusque

DE MOTIBUS LOCALIBUS.

NOmina propria Urbium, & Oppidorum ponuntur sine præpositionibus. In loco, si fuerint primæ, vel secundæ declinationis, in genitivo; ut

ut ego ſtudui Peruſiæ, dum tu fuiſti Aretii: Si tertiæ, in ablativo; ut fui Neapoli, Carthagine, Tiburi: Pluraliter declinata in ablativo; ut Marcus negotiatur Venetiis. Ad locum, in accuſativo; ut eo Romam, Neapolim, Athenas. De loco, & per locum, in ablativo; ut venio Florentia, tranſivi Puteolis. Verſus locum, & uſque ad locum, in accuſativo cum verſus, & uſque; ut eo Peruſiam verſus, Neapolim uſque, uſque Romam.

1 Domus, & Rus numero ſingulari ponuntur tamquam Urbium propria; ut ſum Domi, Ruri, vel Rure, Eo Domum, Rus venio, vel tranſeo Domo. Rura etiam accuſativo plurali, & Domos dicimus; ut Milites dimiſſi ſunt Domos.

2 Item Humus, Militia, Bellum; ſed in loco tantum: ut jacet humi, clarus belli, domi, militiæque.

3 Atſi omnia prædicta nomina cum quavis alia dictione conjuncta fuerint, ponuntur cum præpoſitionibus; ut venio ex urbe Roma; fui in pulchra domo.

4 Excipe hos adjectivos meus, tuus ſuus, noſter, veſter, & alienus, quæ fere reſpuunt præpoſitionem; ut malo ſecurus vivere domi meæ, quàm cum periculo alienæ. Cum ſubſtantivis autem utroque modo copulantur; ut Lepidus profectus eſt Forum Livii, vel ad Forum Livii; Clodius deprehenſus eſt domi Cæſaris, vel in domo Cæſaris.

5 Nomina verò Inſularum, Regionum, & aliorum locorum, item appellativa ſtatus in loco, ponuntur in ablativo cum præpoſitione in. Ad locum in accuſativo cum in, & ad. De loco cum de, é, ex. Per locum, cum per.

DE INFINITIS.

INfinitum verbi est modus, qui ab altero verbo pendet. Hoc si fuerit personale, construitur ante cum accusativo loco nominativi; post se verò cum casibus sui verbi: ut adio, te studere Poetis, & opto meum filium benè valere. Si verò fuerit impersonale, nullum mutat casum; ut puto tua interesse legere Virgilium; volo a te obediri parentibus.

1 Amatum esse, amandum esse, amaturum esse declinantur more adjectivorum, & cum substantivis conveniunt genere, numero, & casu. Esse verò interdum omittitur: ut spero meas literas maximum apud te pondus habituras, vel esse habituras.

2 Amatum iri non mutatur, sed omni genere, & utrique numero attribuitur; ut arbitror tua negotia brevi confectum iri; spero tuas spes auditum iri.

3 Amaturum esse, est futurum simplex: Amaturum fuisse, est futurum mistum, quod constat ex futuro, & præterito. So,che averesti letto, se avessi avuto il libro,scio te lecturum fuisse,si librum habuisses.

4 Quod si verbum supino caret, quandoque etiam si non caret, utimur hac circuitione, foro ut, vel futurum esse, vel futurum fuisse: ut credo fore ut discas: vel futurum fuisse, ut disceres, & hoc postremum est futurum mistum.

5 Verba monendi, petendi, rogandi, suadendi, & his contraria Conjunctivum potiùs volunt, quam in infinitum; ut te rogo, hortor, moneo, suadeo, ut venias; non te venire.

6 Imperfectum subjunctivi non ferè effertur per infini-

infinitum, ſed exponitur hoc pacto: Penſo, che tu otterreſti. Puto impetrares, vel quod impetrares, vel impetrares, ut opinor. Contra Hiſtorici, & Poetæ infinitum ſæpè uſurpant pro præterito imperfecto Indicativi. Ter. Eunuch. Invidere omnes mihi, pro invidebant, vel invidere incipiunt.

8 At cum verbo Licet cum infinito meliùs dativum junge; ut vobis licet docere. Amphibologia vitanda, mutatione generis, ſic; video te negligere Deum, video Deum a te negligi.

DE GERUNDIIS.

GErundium ponitur pro infinito, & formatur ab omnibus verbis perſonalibus a genitivo præſentis participii, mutata tis in do, dum, ut rediens, redeuntis, redeundi, do, dum. Habet autem omnes caſus, præter vocativum, & conſtruitur poſt ſe cum caſibus ſui verbi, ſi activè ponitur; nam paſſivè, ſine caſu uſurpatur.

1 Nominativus deſinit in dum, & neceſſitatem, ſivè Officium quoddam ſignificat, poniturque cum verbo ſubſtantivo, & dativo; ut, nobis eundem éſt Romam.

2 Genitivus deſinit in di, & adhæret nominibus ſubſtantivis, vel adjectivis quibuſdam; ut, peritus dicendi, inſolens navigandi, certus eundi; mihi otium non eſt ad tuas litteras reſcribendi.

3 Dativus deſinit in do, & adhæret verbis, ſeu nominibus adjectivis dativum poſcentibus; ut, ſum aptus natando; non ſum ferendo; non ſum ſolvendo; patrem quærendo operam do.

4 Accuſativus in dum ponitur cum præpoſitio-

 nibus

nibus ad, ob, inter; ut promptus ad dicendum; ob, vel propter te redimendum; inter cœnandum. Cum verbis autem, quæ accuſativum regere poſſunt, etiam paſſivè uſurpatur; ut, Cicero facilis eſt ad explicandum, difficilis ad imitandum. Cum infinito eſſe, vel poſito, vel ſubaudito, vim habet nominativi; ut, tempori ſerviendum puto.

5 Ablativus vel ponitur ſine præpoſitionibus; ut legendo Tullium, proficies: vel cum præpoſitionibus a, ab, ex, in, & de; ut in alloquendo victorem: de redeundo in Italiam: Cæſar a militando traductus eſt ad philoſophandum, ideſt, a militia ad Philoſophiam. Si paſſivè ſignificat, non admittit præpoſitionem; ut memoria excolendo augetur, ideſt, dum excolitur.

Gerundia ſolùm, quæ habent accuſativum, poſſunt fieri gerundiva; ut eſt tempus ſcribendi lectionem, & ſcribendæ lectionis, & ſcribendarum lectionum.

DE SUPINIS.

SUpinum in um ſemper eſt ſignificationis activæ, & retinet ſui verbi ſignificationem, & conſtructionem, & adhæret verbis ſignificantibus motum ad locum. Eo petitum veniam, mitto rogatum auxilium, ſed elegantiùs reſolvitur per Gerundium, vel Gerundivum cum præpoſitione ad, & inter. Eo ad rogandum auxilium, & ad petendam veniam.

Supinum in u habet ſignificationem paſſivam, & ponitur ſine caſu, pendetque a nominibus adjectivis facili, difficili, digno, incredibili, miro, optimo, fœdo &c. res digna ſcitu, optima factu, pulcherrima dictu.

DE

DE PARTICIPIIS.

PArticipium nomen eſt adjectivum, quod derivatur ab omnibus verbis perſonalibus, & cum antecedente ſubſtantivo conſentit, habetque a tergo caſus ſui verbi: ut Pueri ſtudentes Ciceroni, multùm proficiunt, ideſt, qui ſtudent, quia ſtudent, quamdiù ſtudent, ſi ſtudeant, &c. pro ut ſententiæ magis convenire videtur.

1 Ab activis duo fiunt participia: Unum præſentis, & præteriti imperfecti, quod formatur a prima perſona præteriti imperfecti, mutata ultima ſyllaba in us; ut amabam, amans, ideſt, qui amat, vel amabat: Alterum futuri, quod formatur a Supino, addita rus; ut amatu, amaturus, ideſt, qui amabit.

2 A paſſivis item duo: Unum præteriti perfecti, & pluſquam perfecti, quod formatur ab eodem ſupino addita s, ut amatu, amatus, ideſt, qui amatus eſt, vel erat. Alterum futuri, quod formatur a genitivo præſentis participii, mutata tis in dus, ut amans, amantis, amandus, ideſt; qui amabitur.

3 A neutris duo, ſerviens, ſerviturus; ſed a tranſitivis quatuor, arans, aratus, araturus, & arandus. A neutro paſſivo tria, gaudens gaviſus, & gaviſurus.

4 A communibus tria in activa ſignificatione, amplectens, amplexus, & amplexurus; duo in paſſiva, amplexus, & amplectendus.

5 A deponentibus tria, ſequens, ſequutus, & ſequuturus.

DE PARTICIPIIS ABSOLUTIS.

PArticipia præsentis temporis, aut præteriti, si defuerit verbum, quo regi possint, absoluta dicuntur, & cum suo nomine, aut pronomine copulata ponuntur in ablativo; ut, ardente bello Græcia, direptisque fortunis omnium, Musæ aliò commigrarunt, idest, dum Græcia bello arderet, & fortunæ omnium direptæ fuissent. Etiam aliquando participium futuri in rus; ut, venturo Cæsare, prædam ignavæ liquere manus, idest, cum esset venturus Cæsar.

Participium ens, non exprimitur, sed subauditur; ut, Cicerone Consule, res Romana majorem in modum floruit, idest, cum Cicero Consul esset.

Quod si participium in vulgari lingua habet speciem absoluti, velut cum suo nomini, vel pronomini antecedit; videre oportet, num in aliquo casu convenire possit cum verbo sequente: ut, cogitanti mihi, quid ad te scriberem, nihil in mentem venit; &, conantem me dicere, pudor deterruit.

DE COMPARATIVIS.

COmparativum dicitur nomen adjectivum, quod declinatur per tres articulos, & duas voces in or, & in us: Ut hic, & hæc doctior, hoc doctius; & formatur a nominibus adjectivis, quorum significatio augeri potest, vel minui a primo casu desinente in i, ut forti, fortior, idest, magis fortis & construitur post se cum ablativo sine præpositione, vel alio casu cum Quàm, qui pendet a verbo ut vilius argentum est auro, virtutibus aurum: & judico te fortiorem, quàm Cæsarem, vel quàm sit Cæsar.

Ad-

Admittit præterea alium ablativum ſignificantem exceſſum: ut ſum longior te tribus digitis; item alios caſus ſui poſitivi: ut amantiorem me tui habes neminem, & tuis aptiorem negotiis. Hoc, eò, quò, tantò, quanto, paulo, aliquantò, multo, & longè, nimiò, nihilò comparativis junguntur: ut quò quiſque nobilior eſt, eò debet eſſe modeſtior. Anomala ſunt plùs, minùs, melior, pejor, minor, major. Nomina, quæ ante vocalem ſyllabam habent, raròformant comparativum, ut pius, idoneus, &c.

DE SUPERLATIVIS.

SUperlativum dicitur nomen adjectivum per tres diverſas voces; ut doctiſſimus, ſſima, um, quod fit ab iiſdem nominibus, quæ comparativum formant a primo caſu finente in i, addita s & ſimus: ut forti, fortiſſimus: Sed deſinentibus in r, formatur a nominativo, addita rimus, ut niger, nigerrimus. Quinque in limus facilis, agilis, gracilis, humilis, ſimilis cum compoſitis, ut ſimilſimus, diſſimillimus, difficillimus. Habet autem Superlativus ſignificationem poſitivi cum maximè, ut doctiſſimus, ideſt, maximè doctus; conſtruiturque cum genitivo plurali, vel ſingulari nominis collectivi, & ad plures ſui generis comparatur, ut Hector fuit fortiſſimus Trojanorum, vel Trojanæ gentis. Quandoque genitivus mutatur in ablativum cum ex, vel de, aut in accuſativum cum inter; ut Demoſthenes fuit eloquentiſſimus Græcorum, vel ex Græcis, vel inter Græcos; & ſuperlativis adduntur adverbia longè, tanto, quantò, & quàm, ſed hoc ultimum ſine ca-

ſu, & frequentiſſimè cum verbo poſſum: ut quàm breviſſimè, & quam facillimè potero, rem expediam.

DE PATRONYMICIS.

PAtronymicum nomen eſt illud, quod a propriis nominibus Patrum, vel Avorum derivatur in des, & ſignificat filios, vel nepotes, cum Genitivo primitivi. Aeacides, ideſt, filius, vel nepos Aeaci. Abuſivè quoque derivatur a nominibus Matrum, ut Ilias, ideſt, Iliæ filius. Similiter a Regibus, ut Romulides, ideſt, Romanus a Romulo. A fratribus, ut Phaetontiades, ideſt, Sorores Phaetontis. Duplex eſt patronymicum, Maſculinum, & Fœmininum.

Patronymica maſculina ſunt ſemper declinationis primæ, Hectorides Hectoridæ, filius Hectoris; Fœminina verò ſunt tertiæ: Hectoris, Hectoridis, filia Hectoris.

DE RECIPROCIS.

REciproca ſui, ſibi, ſe utimur, cum tertia perſona tranſit in ipſam; ut ipſe ſibi diſplicet.

Reciproco ſuus, ſua, ſuum utimur, cum tertia perſona tranſit in rem a ſe poſſeſſam, ajebat ſibi multa opus eſſe, multa canibus ſuis.

DE HETEROCLYTIS.

HEteroclyta nomina ſunt, quæ ab uſitata nominum declinatione recedunt, & ſunt diverſæ ſpeciei: Alia ſunt tantùm numeri ſingularis, ut pontus, aurum.

Alia numeri tantùm pluralis, ut divitiæ, arma, liberi, &c.

Alia

Alia numeri singularis, masculini, aut fœminini generis, in plurali neutri; ut Tartarus, in plurali Tartara, Supellex, in plurali supellectilia, &c.

Alia in singulari generis neutri, in plurali masculini; ut Cœlum, in plurali Cœli, &c.

Alia fœminina; ut hoc epulum, in plurali epulæ.

Alia carent pluribus casibus; ut necis, frugis.

Alia variant declinationem; ut vas vasis tertiæ, in plurali vasa vasorum secundæ, &c.

FORMÆ VARIÆ VERBORUM.

INchoativa verba sunt, quæ cum primitivo significant inceptionem, vel potius incrementum, ut pallesco, pallidus fio; concupio, multum cupio.

2 Meditativa verba sunt, quæ cum primitivo desiderium, & voluntatem significant; ut lecturio, desidero legere.

3 Frequentativa sunt, quæ frequentiam verbi significant; ut legito, frequenter lego.

4 Desiderativa in se desinunt, quæ administrationem rei significant; ut viso, eo ad videndum; facesso, lacesso, cupio facere, & provocare.

5 Diminutiva sunt, quæ in lo desinentia significant diminutionem; ut sorbillo, parum sorbeo; & scribillo, parum scribo.

Additamenta de Constructione Nominis.

GEnitivum regunt nomina substantiva; ut Petri liber, tantum vini. Item adjectiva, quæ scientiam, communionem, copiam, & his contraria significant, ut plenus, peritus, particeps, expers, inanis, doctus tamen cum ablativo apud Ciceronem reperitur.

1 Nomina item in ax, jus, idus, ofus, & fimilia, ut tenax recti, nullius sceleris conscius, rerum novarum cupidus, literarum studiosus; item memor, immemor, securus, instar.

2 Item partitiva habent genitivum multitudinis. Ut arborum multæ mea manu satæ; lanarum nigræ, belluarum nulla leone fortior. Mutant partitiva sæpè genitivum in ablativum cum e, ex; ut quidam è Philosophis.

3 Item superlativa nomina cum genit. multitudinis junguntur, nisi sint collectiva; ut omnium doctissimus, Urbis eloquentissimus. Hæc item accusativum cum ante, & inter, vel ablativum cum e, ex: ut inter omnes fortissimus, ex omnibus velocissimus.

4 In genitivo, vel ablativo ponuntur laus, vituperatio, & pars, quibus adjectivum hæret; ut vir multæ doctrinæ, & multa doctrina, magni capitis, & magno capite.

5 Hæc nomina simile, dissimile, proprium, commune genitivum postulant, vel dativum: ut similis patris, & patri.

DAtivum regunt verba alia in bilis, ut amabilis: Item comodus, fidelis, fidus, invisus, jucundus, gratus, obvius, supplex, æqualis, par, impar, & quæ favorem, gratiam, & utilitatem significant: Tibi aras, tibi seris, tibi metis, omnibus amabilis.

Utilis, aptus, atus, accomodatus, idoneus, & similia dandi casum, aut frequentiùs accusandi cum ad præpositione: Laudi, & ad laudem natus.

In

IN ablativo ponitur Laus, & Pars, cum ab adjectivo reguntur: ut pietate magnus, pedibus æger: Excessus; ut doctrina cæteris præstantior: Instrumentum; sic ore locutus est: Modus; magna id animi æquitate pertulit. Modus admittit etiam præpositionem cum: ut, magna cum celeritate venit. Causa; ut vino madens, tua culpa tristis. Item hæc: dignus, dives, inanis, contentus, liber, nudus, potens, captus, vacuus, locuples, inops, immunis, præditus, refertus, onustus, alienus, fretus, sicut opus: ut mihi opus est nummis, & opus sunt nummi.

1 Item nomina comparativa: ut Cæsare fortior.

2 Hic autem comparativi ablativus, intercedente conjunctione *quam*, cum comparativi nomine concordat casu; ut est fortior, quàm Cæsar: vidi te fortiorem, quàm Cæsarem; quod dictum est.

3 Ablativus absolutè interdum ponitur, quando a verbi structura non pendet: Me auctore: triumphas: Cæsare duce, milites acriter dimicabant.

IN ablativo, & accusativo ponuntur spatium, & mensura; ut duo stadia, & duobus stadiis abest: Lata sex cubitis, & cubitos. Item tempus, cujus interrogatio est per *quamdiù*, ut tres annos, & tribus annis studet Logicæ. Si autem fiat interrogatio per *quando*, in ablativo tantùm ponitur; ut crastino die veniam; & pro intra, ut biduo moriturus, idest, intra duos dies. Abest bidui, eclipsis est, id est viam, iter.

1 Pretium ablativo effertur: Docet magna mercede; Modius est ternis denariis. Excipiuntur tanti, quanti, majoris, minoris, pluris, &c.

2 Valeo admittit etiam accusativum. Varro: Denarius valet denos æris.

3 Ablativum cum præpositione a, vel ab, regunt diversus, orbus, liber, securus, nudus, extorris, purus, expers, vacuus, inops, & nomina ordinis; ut primus a Rege, secundus a Cesare.

4 Mille adjectivum est, & substantivum; mille adjectivum numeri tantùm est pluralis, nec declinatur in casu; & est omnis generis. Mille cadi, mille oves, & mille templa.

5 Mille substantivum numero singulari non declinatur in casus, at numero multitudinis millia, millibus, & sæpe genitivo jungitur. Mille talentorum, & quingenta millia passuum.

De Constructione Præpositionum.

IN, cum motu ad locum, divido, muto, contra, erga, & similibus, casum habet accusandi: ut in Urbem se fert; in tres divisa partes, alterum in virum mutatur, Pius in Deum, dirus in hostes. Cum quiete, ablativum: sedet in foro.

2 Sub, cum verbis motus, & cum significat tempus, accusativum postulat: Sub scalas conjectus: Sub noctem: Sub eas literas statim tuæ recitatæ. Cum verbis quietis, ablativum poscit: Sub umbra dormit.

3 Super, accusativum: Super mensam. Pro de, ablativum: Hac super re scribam.

4 Subter, fermè accusativum habet, tam cum motus, quàm cum quietis verbis: Plato iram in pectore, cupiditatem subter præcordia locavit.

5 Post, in adverbium migrat, cum privatur casu: Multis post annis pecunia recuperata est.

Usque

6 Usque, fere, alteram præpositionem ... rant: Usque ad pectus, usque ad talos: Ex Æthiopia usque. Cum propriis Urbium alteram respuit: Usque Ætnam, Miletum usque.

De Constructione Adverbiorum.

EN, & ecce accusativo, & nominativo junguntur: en Priamus, en Priamum. Satis, abundè, affatim, parùm, instar, ergò pro causa genitivo: victoriæ ergo, omnium instar, satis verborum. Longè, nusquam gentium, ubi terrarum, huc malorum. Convenienter, obviam, & similia dativo: Rationi convenienter. Post has voces adeò, ita, sic, talis, tantus, tot, utendum adverbio ut. Adeo bonus, ut nemo melior. Ut, finem significans, adhæret conjunctivo: Te rogat, ut studiosè legas. Pro quomodo, vel postquam indicativo; ut ab Urbe discessi. Per, per quam, sanè, valdè, oppido, in primis, admodum, vehementer, &c, item adverbia in um positivo ferè omnia hærent. Perbrevis, perquam doctus, multum bonus. Quam pro quantum: Cicero, quam sunt morosi, qui amant. Quam pro valde, superlativo, quàm doctissimus, cum verbo possum; quam potui, diligentissimè. Ponitur etiam post comparativa; doctior, quam pater. Adverbia in o, cum comparativis junguntur: Quanto doctior, eò humanior.

De Constructione Interjectionis, & Conjunctionis.

O Nominativo, accusativo, Vocativo jungitur. Heu, proh, modo accusativo, modò nominativo, seu vocativo. Hei, & væ dativo: Heu mihi, væ tibi.

Quamquam, etsi, tametsi Indicativo hærent. Etiamsi, quamvis, licèt, Subjunctivo. Si, nisi, ni, dum, cum, Indicativo, & Subjunctivo.

DE FIGURIS CONSTRUCTIONIS.

FIgura Grammatica duplex est, una Constructionis, altera Dictionis: hæc in una voce perficitur, illa in pluribus, utraque paulum recesserunt a communibus regulis, & auctoritate veterum Latinorum, vel approbantur, vel excusantur. Figuræ Constructionis sunt octo: Dictionis quindecim.

1 Zeugma fit, cum unum verbum, vel nomen adjectivum convenit pluribus dictionibus, sed concordat cum viciniore: idque fit, aut verbo præposito, Protozeugma, ut vicit pudorem libido, timorem audacia, paupertatem opes, atque divitiæ: aut interposito, Mesozeugma; ut miro me desiderio urbs afficit, & omnes mei tuque in primis; aut postposito, Hypozeugma; ut semper honos, nomenque tuum, laudesque manebunt.

2 Syllepsis est, cum verbum, vel adjectivum numeri multitudinis convenit pluribus dictionibus, sed concordat cum digniore, vel persona, vel genere: ut Ego, & tu legimus; Tu, & Magister ambulatis: nam prima persona dignior est, quam secunda; & secunda, quam tertia: Mars, & Venus capti; Caja, & Mancipium mortuæ. Nam genus masculinum dignius est fœminino, & fœmininum neutro; tamen neutrum censetur nobilius, cum sermo est de rebus inanimis; ut labor, voluptas utilia. Quod si præcedentia substantiva erunt omnia masculina, vel omnia fœminina; sequens adjectivum potest esse

gene-

generis ejuſdem, ut honor, & labor æquè diligendi ſunt.

3 Prolepſis eſt, cum unum verbum, vel adjectivum numeri multitudinis convenit cum toto, & in partibus ſequentibus tacitè reperitur; ut Diſcipuli metuunt, unus Magiſtrum, alius Patrem: Conſules profecti, Valerius in Campaniam, Cornelius in Samnium; ille ad Montem Gaurum, hic ad Straticulam caſtra ponunt.

4 Syntheſis eſt, cum oratio diſcrepat voce, ſed convenit intellectu: ut Gens armati: Populus currunt.

5 Antiptoſis eſt, cum accuſativus ante relativum ponitur pro nominativo: ut Urbem, quam ſtatuo, veſtra eſt: Naucratem, quem convenire volebam, in navi non erat. Uſitatius eſt relativum anteponere: ut quas literas a te accepi, gratiſſimæ mihi fuerunt. Item cum Dativus uſurpatur pro Accuſativo cum ad: ut it clamor Cœlo, pro ad Cœlum.

6 Synecdoche eſt, cum id, quod convenit parti, tribuitur toti; ut Æthiops albus dentes, aut dentibus; Mulier laniata capillos, aut capillis: id eſt, habens capillos laniatos.

7 Evocatio eſt, cum verbo primæ, vel ſecundæ perſonæ præponitur nomen Tertiæ; ut Troes te miſeri oramus, pro nos Troes.

8 Appoſitio eſt conjunctio plurium ſubſtantivorum in eodem caſu ſine copula, quamquam genere, aut numero diſcrepent: ut Urbs Venetiæ, Flumen Tybris.

DE

PRothesis addit aliquid in principio; ut gnatus pro natus

2 Epenthesis interponit aliquid in medio; ut Mavors pro Mars; Virago pro Virgo.

3 Paragoge addit aliquid in fine: ut dicier, eludier, pro dici, eludi.

4 Aphæresis tollit aliquid a principio; ut temne pro contemne.

5 Syncope tollit è medio; ut nosti pro novisti.

6 Apocope tollit a fine; ut fac pro face.

7 Antithesis est commutatio litterarum; ut olli pro illi, volt pro vult.

8 Metathesis est litterarum ordo immutatus; ut Tymbre pro Tymber, Evandre pro Evander.

9 Ectasis, sivè Diastole est productio syllabæ natura brevis: ut Maria, sophia penultima longa.

10 Systole est Contractio syllabæ natura longa; ut Basilius penultima brevi.

11 Diæresis est divisio unius syllabæ in duas; ut aquai, terrai pro aquæ, terræ.

12 Syneresis est coarctatio duarum syllabarum in unam; ut Phæton pro Phaeton, Dj pro Dii.

13 Synalæphe est abjectio vocalis in fine dictionis, propter vocalem sequentem, ut ill' ego pro ille ego.

14 Ecthlipsis est collisio litt. m, cum vocali præcedente propter vocalem sequentem; ut mult' ille, pro multum ille.

15 Tmesis est separatio dictionis compositæ; ut septem subjecta trioni, pro Septemtrioni subjecta.

DE

DE SCANSIONE, SEU ARTE METRICA.

VErsum metimur pedibus, pedes syllabis, syllabas demum temporibus. Tempus est mora, qua syllabæ pronuntiantur. Longa enim duobus, brevis uno tempore consumitur. Syllabarum autem brevitas, & longitudo his regulis explicatur.

1 Vocalis, quam sequuntur duæ consonantes, aut una duplex, aut j consonans in medio duarum vocalium, longa est positione, ut terra, gaza, dixi, major. Excipiuntur quadrijugus, bijugus.

2 Vocalis natura brevis ante mutam, & liquidam, utramque ad sequentem syllabam spectantem, communis est; etsi in oratione soluta accentu brevi proferatur; ut volucris, Cyclops. V, post Q semper liquescit, idest languescit, & soni partem amittit, ut Quando. Post G, & S, nonnunquam deficit; ut lingua, suavis: nonnumquam integra est, ut irriguus, suus. Consonantes liquidæ sunt L, & R: mutæ b c d f g k p q t.

3 Diphthongus longa est; ut Aeneas, pœna. Excipitur præ composita sequenti vocali; ut prĕuro, prĕit.

4 Vocalis ante vocalem in Latinis dictionibus brevis est; ut puer. Fio, nisi r sequatur, prima habet longam. E, purum quintæ, longum est, ut speciei, præter rei, spei, fidei. Genitivus in jus, penultimam habet ancipitem, ut illius; Alterius tamen corripit; Alius vero genitivus producit. Caj, Pompei, & similia in vocandi casibus penultimam producunt. Ohe penultimam habet communem; Aulai, pictai, longam.

5 Græca a Latinis usurpata partim longa sunt, ut Aer, Michael, Thais, Menelaus, Chorea, Platea.

Elegia, Orion, Amphion, Darius, Litania, Bravium, & alia multa; partim brevia, ut Idea, Andreas, Sophia, Orthographia, Maria, Elias, & similia; etsi a viris doctis acuta penultima more Græcorum pronuncientur.

6 Præterita dissyllaba priorem habet longam; ut veni, vidi. Excipiuntur dedi, fidi, bibi, scidi, tuli, steti.

7 Primam geminantia habent utranque brevem; ut pungo pupugi. Cecidi tamen a cædo, pepedi a pedo, secundam producunt. Quæ desinunt in avi, ivi, ovi, penultimam producunt; ut amavi, delevi, cupivi, cognovi.

8 Supina dissyllaba priorem producunt, ut visum, motum. Eandem corripiunt citum a cieo secundæ, non a cio quartæ; datum a do, itum ab eo, litum a lino, quitum a queo, ratum a reor, rutum a ruo, satum a sero, situm a sino. Composita a sto in itum, ut præstitum; satus, ata, atum, & status nomen priorem habent brevem.

9 Supina in atum, etum, otum, utum, producunt penultimam, ut amatum, impletum, ignotum, argutum. Item in itum, a præteritis in vi, v consonante; ut cupitum. Quæ enim a præteritis in ui, u vocali, ducuntur, & a cæteris, penultimam corripiunt; ut monitum, creditum.

10 Derivativa qualitatem servant primogenitorum; ut bonus, bonitas. Hæc tamen longa sunt a brevibus, Italia, deni, ferialis, fomes, fomentum, Gradivus, junior, laterna, Priamides, dedor, regula, sedes, Sicelis, moles, & alia. Contrahe brevia a longis, arista, arena, lucerna, dicax, locum, odium, vadum.

11

11 Composita simplicium dimensionem retinent, ut lego, perlego, duco, deduco. Excipiuntur Dejero, pejero, pronuba, innuba, semisopitus, causidicus maledicus, veridicus, brevia a simplicibus longis. Connubium antepenultimam habet ancipitem.

12 Præpositiones tantæ sunt compositæ, quantæ sepositæ. Excipitur Pro, latina præpositio, quæ seposita, semper est longa; composita verò in sequentibus brevis est; profundus, profugus, pronepos, proneptis, profiteor, professus, profari, profanus, profectò, proficiscor, procella, protenus, propago pro genere; nam propago pro vite longam habet. Propello apud Lucretium primam corripit, propago verbum, & profundo raro producunt; Propino, & procuro primam habent communem. Pro, Græca præpositio, semper est brevis, ut Propheta.

13 A, E, Di, Se, producuntur; ut amitto, eligo, diripio, seduco. Excipiuntur dirimo, & disertus.

DE ULTIMIS SYLLABIS.

A In fine longum est, ut ama, contra. Corripiuntur eja, ita, postea, quia, omnes casus in A, ut Musa, templa, excepto ablativo, a Musa, vocativo Græcorum a nominativo As, ut o Aenea, Calca. Finita in ginta, ut, triginta, meliùs producuntur.

E finita corripiuntur, ut ante, fuge; producuntur omnia primæ, & quintæ declinationis, Calliope, dic, quare, fame, cete, tempe. Imperativi secundæ conjugationis, doce, me, te, se, de, ne, pro non, ferme, ohe, valde, & adverbia ducta a nominibus secundæ, exceptis benè, & malè.

I terminata longa sunt: ut amavi, patri, corripiun-

piuntur nisi, quasi, & Græca in i, vel y, ut Palladi, moly. Mihi, tibi, sibi, primam brevem, ultimam habent communem. Ubi, & cui, cum dissyllabum est, frequentiùs corripitur.

O vocali finita communia sunt; ut amo, vigilando. Monosyllaba longa sunt: Item dativi, & ablativi in o; Item Græca in omega terminata: ut Androgeo, Clio, Ergo pro causa. Adverbia in o, ut subitò, meritò adeo, ideò, longa. Corripitur modò cum compositis, quomodo, dummodo, citò, imo, item nescio, duo; Serò adverbium, & verò conjunctio, ambigua sunt.

U finita longa sunt, ut manu, cornu.

BDT corripiuntur, ut ab, quid, legit, sequente vocali.

C longum est, ut sic. Corripiuntur, donec, nec. Hic pronomen commune est, Fac, melius corripitur.

L finita brevia, ut Animal. Excipiuntur Sal, Nil, Sol, Daniel, Saul, peregrina plæraque.

M olim non collidebatur vocali sequente, & erat breve. Ennius.

Insignita fere tum millia millitum octo.

N finita longa sunt, ut sin, Titan, Siren, Acteon, & cætera Græca, in on tertiæ, Aenean, Anchisen, Calliopen a nominativo as, es, e, & Grecorum genitivus pluralis in on, ut Epigrammaton. Corripiuntur an, in, forsan, forsitan, tamen, viden. Item nomina in en, quorum genitivus exit in inis, ut nomen. On secundæ, ut Ilion; omnes etiam accusativi Græcorum a nominativis brevibus, ut Scorpion, Ibin, Tethyn, Majan.

R finita corripiuntur, ut vir, cor, precor, Amilcur,

cur, turtur; producuntur far, lar, nar, iber, ver, fur, cur, par cum compositis; Et Græca, quorum genitivus exit in eris, ut aer, crater: Celtiber a Martiale corripitur.

As, finita longa sunt, ut Aestas, fas. Corripiuntur Græca, quorum genitivus est adis, ut Pallas, Palladis. Et accusativi plurales Græcorum tertiæ, ut Troas, & Heroas.

Es, finita longa sunt, ut Anchises, quoties, decies, corripiuntur nomina tertiæ, quæ in obliquis crescunt penultima brevi: ut dives; abies tamen, acies, ceres, paries, pes cum compositis, ut sonipes, longa sunt. Brevia penes, & neutra Græca, ut Cacoethes nominativi, & vocativi etiam Græcorum plurales sunt breves, ut Arcades.

Is, & Ys, finita corripiuntur, ut legis, apis, chelys. Excipiuntur casus omnes multitudinis, ut Musis, Dominis, nobis, vis nomen, & verbum, velis, is, nolis, glis. Secundæ personæ singulares quartæ, ut audis, & quæ formant genitivum entis, itis, & inis longum; ut Simois, Samnis, Salamis.

Os finita longa sunt, ut os, ris, domos, minos, & cætera, quæ per omega scribuntur. Corripiuntur os ossi, compos, impos, & Græca neutra, ut chaos, melos, argos. Item Græca secundæ, ut Ilios, Tyrios, Arctos; Genitivi tertiæ Arcados, Tereos, & Tethyos.

Us finita brevia sunt, ut littus, intus, sensibus, manus. Excipiuntur monosyllaba, ut plus, thus, jus, & quæ in obliquis crescunt penultima longa; ut tellus salus, palus: genit. singulares, & casus

omn-

omnes plurales quartæ; excipe dativos, & ablativos quartæ, ut visibus; Græca item longa, quorum genitivus facit untis, ut Opus, Amathus, & quæ componuntur, ut tripus, melampus; genitivi a nominativo, ut Mantho, Manthus. Item Panthus, & similia, quæ a nominativo os ducuntur, ut Panthos. *Jesus* etiam nostri liberatoris nomen ultimam habet longam.

Syllaba ultima versus, communis est.

De Pedibus, & Carminibus usitatioribus.

SPondeus constat ex duabus syllabis longis; ut, omnes. Pyrrichius ex duabus brevibus; ut, pius.

Choreus, seu Trocheus ex longa, ut brevi; ut, Arma

Jambus ex brevi, & longa; ut, viros.

Molossus constat ex tribus longis; ut, Æneas.

Tribrachus ex tribus brevibus; ut, Dominus.

Dactylus ex longa, & duabus brevibus; ut, tempora.

Anapæstus ex duabus brevibus, & longa; ut, animos.

CArmen 1. Hexametrum, seu Heroicum sex constat pedibus, quorum quintus est dactylus, sextus spondeus; reliqui dactyli, vel spondei. Virg.

Arma, virumque cano, Trojæ qui primus ab oris.

2 Pentametrum ex quinque pedibus, quorum duo priores dactyli, vel spondei, adjuncta syllaba longa, quæ cæsura, vel semipes dicitur; deinde duo dactyli, quibus itidem semipes adjungitur, ut ex utroque semipede fiat spondeus pes quintus.

Et subito casu, quæ valuere, ruunt.

3 Sapphicum carmen quinque pedes recipit hoc ordi-

ordine, choreum, ſpondeum, dactylum, & duos choreos.

Huic poſt tertium quemque verſum adnecti ſolet carmen Adonium, quod ex dactylo, & ſpondeo conſtat. Horat 1 Carm.

Jàm ſatis terris nivis, atque diræ
Grandinis miſit Pater, & rubente
Dextera ſacras jaculatus arces
Terruit Urbem.

4 Anapæſticum conſtat quatuor pedibus, qui ferè ſunt dactyli, vel ſpondei, permiſſis ita, ut ſecundo, & quarto loco dactylus ſit. Sen.

Lugeat æther, magnuſque parens.

5 Dimetrum Jambicum quatuor pedes recipit, ſecundo, & quarto loco jambum, primo, & tertio jambum, ſpondeum, dactylum, anapæſtum, & in omnibus, præter quartum, poteſt tribrachum admittere. Hor. Epod.

Ut priſca gens mortalium.

6 Senarium Jambicum, cum purum eſt, & integrum, omnibus in locis ſex habet jambos Hor. Epod.

Beatus ille, qui procul negotiis.

7 Scazon, ſive Choliambus cum Senario jambico conſentit, niſi quod quinto loco jambum, ſexto verò ſpondeum habet. Mart. lib. 5.

Extemporalis factus eſt meus Rhetor.

8 Aſclepiadeum carmen conſtat ſpondeo, dactylo, & ſyllaba longa, & deinde duobus dactylis.

Hor. Mœcenas atavis edite Regibus.

DE

DE PRÆTERITIS DIFFICILIORIUUS EX TURSELLINO.

ABſcondo, is, condi, ditum. aſcondere.
Adipiſcor, ſceris, adeptus ſum. acquiſtare.
Adoleſco, ſcis, adolevi, adultum. creſcere in età.
Affligo, gis, xi, ictum. sbattere in terra, o affliggere.
Ago, is, egi, actum. condurre, come beſtie, o trattare.
Ajo, is. dire.
Alo, is, alui, altum, nudrire.
Algeo, es, alſi aver freddo.
Allicio, is, lexi, ectum. allettare.
Allido, is, ſi, ſum sbattere a qualche luogo.
Amicio, is, civi, ctum. coprire.
Ango, is, xi, affannare, ed accorare.
Abnuo, is, nui. crollare il capo, o accennare di no.
Annuo, is, nui. far cenno di sì.
Arceo, es, cui, ctum. tenere ſtretto, o lontano.
Aperio, is, rui, ertum. aprire.
Arguo, is, gui, utum. incolpare.
Aſpicio, is, pexi, pectum. guardare.
Augeo, es, xi, ctum. accreſcere.
Aveo, es. bramare.
Bibo, is, bi, bitum. bere.
Cado, is, cecidi, caſum. cadere.
Caleo, es, calui, aver caldo.
Cano, is, cecini, cantum. cantare.
Capio, is, cepi, captum, pigliare.
Careo, es, rui, caret. non avere.
Carpo, is, carpſi, carptum. carpire.

Ca-

Caveo, es, cavi, cautum. guardarsi, schivare.
Cœdo, is, cecidi, cæsum. battere, e tagliare.
Cedo, is, ssi, ssum. cedere, e dar luogo.
Censeo, es, sui, censum. giudicare, esser di parere.
Cerno, is. vedere.
Circumdo, as, dedi, datum. circondare.
Claudo, is, clausi, clausum. serrare.
Coalesco, is, alui, litum. unirsi, farsi tutt' uno.
Cœno, as, avi, atum. cenare.
Coerceo, es, cui, citum. tener ristretto, far star a segno.
Colo, is, lui, cultum. coltivare, adorare, corteggiare.
Collido, is, si, sum. ammaccare, percuotere una cosa con l'altra.
Compesco, cis, cui. raffrenare.
Comminiscor, eris, mentus sum. fantasticare.
Como, is, compsi, comptum. conciar, far bello.
Compingo, is, pegi, pactum. comportare.
Comperio, is, comperui, pertum. trovare.
Concresco, is, crevi, tum. quagliarsi, attaccarsi.
Concutio, is, ssi, ssum, scuotere insieme.
Condo, condis, didi, tum. riporre.
Condio, is, divi, tum. condire.
Confligo, is, ixi, ictum. battersi insieme.
Congruo, is, grui. confarsi.
Consto, as, stiti, stitum. costare, esser palese.
Consulo, is, lui, sultum. domandar consiglio, provedere.
Consumo, is, sumpsi, sumptum. consumare.
Contingo, gis, tigi, tactum. toccare.
Coquo, is, xi, ctum. cuocere.
Credo, is, didi, itum. credere, e consegnare.

Crepo-

Crepo, as, pui, pitum. crepare, far romore.
Cresco, scis, crevi, cretum. crescere.
Cubo, as, bui, bitum. star'a giacere.
Cudo, is, di, cusum. batter' alla Zecca.
Cupio, is, pivi, itum. desiderare.
Curro, is, cucurri, cursum. correre.
Decerno, is, crevi, cretum. determinare.
Defervesco, is, ferbui. raffreddarsi.
Dego is. vivere, e passar la vita.
Deleo, es, levi, letum. cancellare.
Demo, is, dempsi, tum. tor via.
Desino, is, sivi, vel sii, situm. lasciare.
Desisto, is, destiti, titum. cessare.
Diligo, is, exi, ectum. voler bene.
Dirigo, is, exi, rectum. drizzare.
Dirimo, is, emi, emptum. spartire.
Diripio, is, pui, reptum. rovinare.
Diruo, ruis, rui, rutum. rovinare.
Disco, scis, didici. imparare.
Divido, is, si, sum. dividere, spartire.
Doleo, les, lui, litum, dolersi.
Domo, as, vi, mitum. domare.
Duco, cis, xi, ctum. guidare.
Edo, is, edi, esum, vel estum. mangiare.
Elico, is, cui, citum. cavar gentilmente.
Elido, is, si, sum. schiacciare.
Eligo, is, egi, ectum, eleggere, e scegliere.
Eluceo, es, xi. rilucere.
Emo, is, mi, ptum. comprare.
Emungo, gis, xi, ctum. mungere, soffiare il naso.
Eneco, as, cui, ctum. ammazzare, o affogare.

Eruo

Eruo, is, rui, rutum. cavar con forza.
Evado, is, si sum. diventare, o scampare.
Excello, is, lui. avanzare, o esser' eccellente.
Exero, is, rui, tum. tum cavar fuora.
Exilio, is, lui, vel livi, aut lii, sultum. saltar fuora [di piedi.
Expergiscor, is, rectus sum. svegliarsi.
Explodo, is, si, sum. cacciar via con fischiate, o batter
Exprimo, is, pressi, pressum. cavare spremendo.
Fallo, is, fefelli, falsum. ingannare.
Farcio, is, farsi, fartum. riempire come una balla.
Fateor, eris, fassus, sum. confessare.
Faveo, es, vi fautum. favorire.
Ferio, is. ferire, o percuotere.
Fero, fers, tuli, latum. portare.
Fido is, fisus sum. fidarsi.
Figo, is, xi, xum. ficcare.
Findo, is fidi, fixum. fendere.
Fingo, is, finxi, fictum. fingere, o formare.
Flecto, is, xi, exi, xum. piegare.
Fluo, is, xi, xum. scorrere.
Fodio, is, di, ssum. zappare.
Fœcundo, as, avi, atam. far fertile.
Foveo, es, vi, fotum. tener in seno.
Frango, is, egi, actum. spezzare.
Fremo, is, mui, mitum far romore.
Frico, as, cui, ctum. stropicciare.
Frigeo, es, xi. aver freddo.
Frigo, is, xi, xum, vel ctum. friggere.
Fruor, eris, fruitus sum. godere.
Fulcio, is, si, tum. sostenere.
Fulgeo, es, si. risplendere.

Fun.

Fundo, is, fudi, ſum. ſpargere.
Fugio, is, gi, gitum. fuggire.
Gemo, is, ui, mitum. piangere.
Gero, is, eſſi, eſtum. portare.
Gigno, is, genui, genitum. generare.
Gradior, eris, eſſus ſum. camminare.
Hæreo, es, ſi, ſum. accoſtarſi, attaccarſi.
Haurio, is, ſi, ſtum. attingere, cioè cavare acqua, o vino.
Ico, is, ici, ictum. percuotere.
Indulgeo, es, ſi, tum. condeſcendere, compiacere.
Ingruo, is, grui. ſopraſtare.
Jubeo, es, ſſi, ſſum. comandare.
Juvo, as, juvi, tum. giovare.
Indico, is, idi, iſum. intagliare.
Incido, is, idi. caſcar dietro, abbatterſi in qualche coſa.
Includo, is, ſi, ſum. richjudere.
Intueor, eris, itus ſum. riſguardare.
Labor, eris, pſus ſum. ſcorrere, e ſdrucciolare.
Lambo, is, lambi. leccare.
Langueo, es, langui. languire.
Lateo, es, ivi. ſtar naſcoſto.
Lavo, as, lavi, lotum, vel lavatum. lavare.
Lædo, is, ſi, ſum. offendere.
Lino, is, lini, vel livi, aut levi, litum. ungere, impiaſtrare.
Lingo, is, xi, linctum. leccare.
Linquo, is, liqui, in compoſitione lictum. laſciare, abbandonare.
Luceo, es, xi. rilucere, o far lume.
Ludo, is, ſi, ſum. giocare, ſcherzare.
Lugeo, es, xi. piangere.
Maneo, es, nſi, ſum. reſtare.
Metior, iris, menſus ſum. miſurare.

Me

Metuo, is, tui. aver paura.
Medeor, eris. medicare, e remediare.
Mejo, is, minxi, minctum. orinare.
Memini, isti. ricordarsi.
Mitto, is, si, ssum. mandare.
Meto, is, ssui, ssum. mietere.
Mergo is, si, sum. attuffare.
Misceo, es, scui, stum. mescolare.
Misereor, eris, ertus sum. aver compassione.
Molo, is, lui, litum, macinare.
Mordeo, es, momordi, sum. mordere.
Morior, reris, tuus sum. morire.
Moveo, es, movi, tum. muovere.
Mulceo, es, si, sum. lusingare, addolcire, ammollire.
Mulgeo, es, si, vel xi, sum, vel multum. mungere.
Nanciscor, eris, natus sum. trovar appostando.
Neco, as, avi, atum. ammazzare.
Necto, is, xui, xum. aggroppare, e annodare.
Nitor, eris, sus, vel xus sum. sforzarsi, appoggiare.
Noceo, es, cui, citum. nuocere, far male.
Nubo, is, psi, vel nupta sum. maritarsi.
Oblino, is, nivi, nitum. impiastrare intorno.
Obliviscor, eris, itus sum. dimenticarsi.
Occulo, is, lui, occultum. nascondere.
Obsideo, es, sedi, sessum. assediare.
Oleo, es, lui, litum. rendere odore.
Operio, is, rui, ertum. coprire.
Orior, oreris, & antiquitus, oriris, ortus sum nascere.
Ordior, iris, itus, & orsus sum. ordire, e cominciare.
Paciscor, eris, pactus sum. far patto.
Pando, is, andi, ansum. aprire, e stendere.

Pan-

Pango,is,anſi,vel pepigi,pactum.piantare,e compor-
Parco, is, peperci perdonare. [re.
Pareo, es, rui, rtum. ubbidire.
Pario, is, peperi, partum. partorire.
Paſco, is, pavi, ſtum, paſcere.
Pateo, es, tui. eſſer aperto.
Pecto, is, xui, xum. pettinare.
Pellico, is, lexi, ctum. indur con carezze, allettare.
Pello is; pepuli pulſum. ſpinger, cacciar via.
Pendeo, es, pependi, penſum. ſtar attaccato.
Pendo, is, pependi,penſum.attaccare,peſare,pagare.
Permaneo, es, ſi, ſum. perſeverare.
Percello,is,perculi, culſum. attaccare, abbattere per
Percrebeſco, is, bui, andar dicendo. [terra.
Peto,is, petivi, vel petii, titum. domandar in grazia.
Pinſo,is,pinſui,piſtum,vel pinſitum,aut piſtum.peſta-
Pingo, is, nxi, pictum. dipingere. (re.
Placeo, es, cui, citum. piacere.
Plaudo, is, ſi, ſum. far feſta con le mani.
Plecto, is, punire.
Plico, as, cui, citum. piegare.
Polleo, es, poter. aver forza.
Palluo, is, llui, lutum. imbrattare.
Pono, is, ſui, ſitum. mettere.
Potior, iris, potitus ſum. impadronirſi.
Poto, as, avi, potatum, vel potum. bere.
Proficiſcor, eris, fectus ſum. partirſi, andare.
Præſto, as, ſtiti, ſtitum, aut ſtatum. mantenere, avanzare, far buono.
Premo, is, preſſi, eſſum, calcare.
Prandeo, es, di, ſum. deſinare.

Pro-

Promo, is, prompsi, ptum. cavar fuora.
Psallo, is, psalli. cantare, e sonare.
Pungo, is, pupugi, punctum. pungere.
Quatio, is. sbattere.
Quæro, ris, sivi, situm. per cercare.
Rado, is, rasi, sum. radere.
Rapio, pis, pui, ptum. rapire.
Recido, dis, idi, cisum. troncar via.
Recido, dis, cidi, casum. ricascare.
Refello, is, li. confutare.
Rego, is, xi, ctum. reggere.
Reminiscor, eris. ricordarsi.
Reor, reris, ratus, sum. pensare.
Reperio, is. peri, pertum. trovare.
Repo, is, psi, ptum. strascinarsi per terra.
Resisto, is, restiti, restitum. restar dietro, resistere.
Respondeo, es, respondi, sum. rispondere.
Respuo, is, pui. sputar fuora.
Retundo, is, retudi, retusum. rintuzzare, ammaccare.
Reverto, is, verti, versum. ritornare.
Rideo, es, si, sum. ridere.
Rigeo, es, gui. stare teso.
Rodo, is, si, sum. rodere.
Rumpo, is, rupi, ptum rompere.
Ruo, is, rui, ruitum, in comp. rutum. andar in ruina.
Salio, is. salare.
Salio, is, livi, lui, vel salii; saltum. saltare.
Sancio, is, xi, ctum, vel citum. confermare.
Sapio, is, pivi, vel pii. aver sapore, esser savio.
Sarcio, is, si, sartum. rappezzare.
Scindo, is, di, ssum. spartire.

Seco,

Seco, as, ſecui, ſectum. ſegare, e tagliare.
Sedeo, es, di, ſſum. ſedere.
Seneſco, ſcis, ſenui. invecchiarſi.
Sentio, is, ſi, ſenſum. ſentire, ed eſſer di parere.
Sepio, is, ivi, ptum. circondare.
Sepelio, is, ivi, pultum. ſeppellire.
Sero, is, ſevi, ſatum. ſeminare.
Serpo, is, pſi, ptum. andar ſerpendo.
Sido, is, ſedi, ſeſſum. poſare.
Singultio, is, ivi, gultum. avere il ſinghiozzo.
Sino, is, ſivi, ſitum. laſciare.
Siſto, is, ſtiti, rarò ſtitum, numquam ſtatum. ſtare, ap-(preſentarſi.
Solvo, is, vi. lutum. ſciorre, e pagare.
Soleo, es, litus ſum. eſſer ſolito.
Sono, as, nui, tum ſonare.
Sorbeo, bui, tum. inghiottire.
Sperno, is, evi, etum. diſprezzare.
Spondeo, es, ſpopondi, ſponſum. promettere.
Sterno, is, ſtravi ſtratum. gettar in terra, coprire.
Sterto, is, tui. ruſſare.
Sto, as, ſteti, ſtatum. ſtare in piedi.
Strepo, is, pui, pitum. fare ſtrepito.
Strideo, es, di ſtridere.
Stringo, is, nxi, ctum ſtringere.
Struo, is, uxi, ctum. comporre, metter in ordine.
Suadeo, es, ſi, ſum. conſigliare.
Sugo, is, xi, ſucchiare.
Surgo, is, rexi, rectum. ſorgere.
Supplico as, avi, atum. ſupplicare.
Supplodo, is, ſi, ſum batter di piedi.
Taceo, es, cui, citum. tacere.

Tego,

Tego, is, xi, ctum. coprire.
Temno, is, mpsi, in compositione ptum. sprezzare.
Tendo, is, tetendi, tensum, & tentum in composit. sti-
Teneo, es, nui, tentum. tenere. [rare.
Tergeo, es, si, sum. nettare.
Tergo, is, si, sum. far pulito.
Tero, is, trivi, tum. logorare, consumare.
Texo, is, xui, xtum. tessere, intrecciare.
Timeo, es, mui. temere, aver paura.
Tollo, is, sustuli, sublatum. alzare, tor via.
Tondeo, es, totondi, sum. tosare.
Tono, as, tonui, itum. tonare.
Torreo, es, rui, tostum. arrostire.
Torqueo, es, rsi, tortum. torcere, tormentare.
Tremo, is, mui. tremare.
Trudo, is, si, sum. scacciar via urtando.
Transeo, is, ivi, itum. passare.
Transilio, is, ivi, litum. trapassar saltando.
Tueor, eris, tuitus, sum. guardare, difendere.
Tundo, is, tutudi, unsum, & tusum. pestare.
Turgeo, es, si. gonfiare.
Valeo, es, lui, litum. star sano, potere.
Veneo, is, nivi, vel nii. esser venduto.
Veho, is, xi, ctum. portar sopra bestie, carri, e vascelli.
Vello, is, vulsi, vulsum. stirpare.
Venio, is, ni, ventum. venire.
Verro, is, rri, sum. scopare.
Verto, is, ti, sum. voltare.
Veto, as, tui, titum. vietare.
Video, es, di, sum. vedere.
Vinco, is, ci, ctum. vincere.

Vin-

incio, is, vinxi, vinctum. legare.
iso, is, si, sum. andare a vedere.
ivo, is, xi, ctum. vivere.
lciscor, eris, ultus sum. vendicarsi.
Volvo, is, volvi, volutum. voltare.
Volo, vis, volui. volere.
Vomo, mis, mui, itum, vomitare.
Voveo, es, vovi, votum. far voto.
Ungo, is, xi, unctum. ungere.
Urgeo, es, si. spingere.
Uro, is, ssi, ustum. bruciare.
Utor, eris, usus, sum. usare, servirsi.



LAUS DEO, ET BEATÆ MARIÆ VIRGINI.